

313

tucendum quod me cogit dñs dicere. quomodo lib& hoc accipiat cogit me  
 dñs dicere. & si non dixero ego cado in laqueos uenantium. Si enim detrac  
 tiones hominum timeo ut non dicam ego ipse a uerbo aspero. cado in laque  
 os uenantium. qui uos moneo. ut non timeatis uerba hominum. Quid est ergo  
 quod dicitur sum. quomodo inter paganos qui fuerit xpianus. a paganis  
 audit uerba aspera. quibus si erubuerit cadit in musculam uenantium. 7  
 Sic inter xpianos qui uoluerint esse diligentiores & meliores ab ipsis xpia  
 nis. audituri sunt insultationes. Et quid prodest fratres quod aliquando  
 inuenis ciuitatem ubi nullus est paganus. nemo ibi insultat xpiano quod xpi  
 anus est. quia non ibi inuenitur paganus. Sed sunt multi male uiuentes  
 xpiani. inter quos qui uoluerit bene uiuere. & inter fornicatores castus esse.  
 & inter ebriosos sobrius esse. & inter consultores mathematicorum dñm  
 sinceriter colere. & nihil tale requirere. & inter spectatores nugantium  
 theatrorum noluerit ire nisi ad aeclesiam. patitur insultatores ipsos xpia  
 nos. & patitur uerba aspera. & dicunt. Tu magnus. tu iustus. tu es helias. tu  
 es petrus. de caelo uenisti. insultant quocumq; se uerterit. Audi hinc atq;  
 inde uerbum asperum. quod situm & recedit a uia xpi. cadit in laqueos ue  
 nantium. quomodo aū cum audiuntur haec uerba non receditur a uia.  
 quid est non recedere a uia. quando audit uerba aspera. unde sibi hab&  
 facere solatium. ut non cur& uerba aspera nec recedat a uia. & inter per  
 uanum. dicit. Qualia uerba audio seruus peccator. dñs meus audiuit.  
 daemonum habes. Modo audistis uerbum asperum quod dictum est in  
 dñm. Non opus erat ut ihs hoc audiret. sed te monuit ut aduersus uerba  
 aspera. ne incidas in laqueos uenantium. Inter scapulas suas obumbrabit  
 tibi. & sub alis eius sperabis. hoc dicit ne tua protectio ate tibi sit.  
 ne putes quia tu te potes protegere. Ille te proteg& ut eruat. & eru  
 et de muscula uenantium. & a uerbo aspero. Inter scapulas suas obum  
 brabit tibi. & at ergo potes intellegere & apectore. Scapulae enim circa  
 caput sunt. sed quia dicit sub alis eius sperabis. manifestum est quia pro.

7